

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19**

**Paulus <Diaconus>**

**[S.l.], [9. Jh.]**

In sancti angeli: Lesung aus dem Evangelium nach Matheus

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

non satis ad resurrectionis per-  
tinere ueritatem. Sed saddu-  
caei quinque tantum libros moysi  
recipiebant. prophetarum  
uaticinia respicientes.

**S**tultum ergo erat inde pro-  
ferre testimonia. quorum auc-  
toritatem non sequebantur.

**P**orro ad aeternitatem anima-  
rum probandam. de moise  
ponit exemplum. ego sum deus  
abraham. & deus isaac. & deus iacob.  
statimque infert. Deus autem  
mortuorum non est. sed uiuorum.

**U**t comprobauerit animas per-  
manere post mortem. quod  
illi inter cetera negabant.

**N**eq; enim poterat fieri. ut eorum  
esset deus. quinequaquam subsis-  
terent. consequenter introdu-  
ceretur & corporum resurrec-  
tio. quae cum animabus bona  
malae gesserunt.

**O**mnes enim uiuunt ei.

**O**mnes uidelicet illi quorum deus  
est deus. uiuunt ei. uita utique  
uera. qua iusti uiuunt. & iam  
quando corpore moriuntur.

**D**e qua alibi deus ait. Qui credit  
in me. & iam si mortuus fuerit  
uiuere. **C**rede ergo. & si  
mortuus fueris uiues.

**S**i autem non credis. & cum uiuus  
mortuus es. **V**idua enim

quae indelicus est. uiuens  
mortua est. **R**espondentes  
autem quidam scribarum.

dixerunt. **M**agister bene  
dixisti. **E**t amplius non aude-  
bant cum quicquam interro-  
gare.

**P**rincipes sacerdotum  
sadducaei & scribae. quaeren-  
tes occasionem calumniae  
& uerbum aliquod inuenire  
quod pateret insidiis. quae in  
sermonibus confutatis sunt.  
ultra non interrogant. sed aper-  
tissime comprehensum. roma-  
ne tradunt potestati.

**E**x quo intellegimus uenena  
inuidiae. posse quidem supera-  
ri. sed difficile conquiescere.

**I**N SCIENTIA CELI :  
**L**IC SCIENTIA Sicut MATHE.

**I**n illo tempore. **A**ccesserunt  
discipuli ad ihesum dicentes.  
Quis putas maior est in regno  
caelorum? & ad uocans ihesus paru-  
ulum. statuit eum in medio  
eorum. & dixit. **A**men  
dico uobis. nisi conuersi fueritis.  
& efficiamini sicut paruuli.  
non intrabitis in regnum  
caelorum. & reliqua